

Franckesche Stiftungen zu Halle

Oeconomia Temporum Novi Testamenti, Exhibens Gubernationem Dei In Ecclesia

Majus, Johann Heinrich

Francofurti ad Moenum, MDCCXXI.

VD18 11274050

Caput IV. Iesus Doctrina Et Miraculis Inclarescit.

Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permission, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

urn:nbn:de:gbv:ha33-1-199398

fias, nec Elias, nec Vates aliquis esset, baptizandi & veteris ritus *Joh. I. 19.*
 innovandi potestatem sibi sumeret, ex Sacerdotum decreto non
 datam. Is tamen mascule respondit, quod divina auctoritate
 baptizet (*Joh. I. 33*) & hoc ipso presenti jam sed ignoto Messia
 viam paret, qui se longe sit superior. *Joh. I. 19. -- 29.*

VII.

Ita semel iterumque testando de Messia Johannes ingens *coram po-*
 in populo desiderium excitavit, Messiam praesentem videndi & *pulo & di-*
 cognoscendi. Quod cum JESUS non ignoraret, postero sta- *scipulis.*
 tim die ex deserto rediit ad Johannem, quem ubi hic adventare
 vidit, in testandi officio perrexit, & intento digito eum mon-
 stravit, & occasione Paschalis agni, cujus mactandi tempus ap-
 propinquabat, *agnum DEI portantem peccata totius mundi ap-*
 pellavit, ac breviter ita expressit, quae Jesaias LIII. 6. & alii Va-
 tes de sacrificio expiatorio per Messiam solvendo praedixerunt.
 Quod insigne testimonium ut altius animos penetraret, certo
 signo divinitus patefactum sibi esse Baptista addit, JESVM esse
 CHRISTUM, cum eum antea de facie non noverit, *Joh. I.*
29. -- 35. Privatim quoque discipulos suos tradere JESU studuit,
 & duobus postridie pridianum testimonium repetiit, qui eo mo-
 ti protinus secuti sunt JESVM, ac eo nomine ipsum audierunt
Joh. I. 35. 36. 37.

CAPUT IV.
 JESVS DOCTRINA ET MIRACVLIS
 INCLARESCIT.

I.

JESUS, cum jam tempus esset, quo officium, ad quod missus *Jesu di-*
 & inauguratus jam fuerat, publice auspicaretur, adventantes *scipulos*
 Johannis discipulos blande interrogat, ad se invitat, & privatim *colligit.*
 infor-

Joh. 1. 38.
seq.

informatur ita solide uno die, ut statim crediderint, ipsum esse Messiam, ac alios quoque adduxerint. Hoc fuit initium Ecclesiae à Christo collectae, tenue quidem, sed quod brevi in immensum crevit, aliis alios invitantibus. Nam unus discipulorum Johannis JESU adhaerentium, *Andreas*, mox fratrem suum *Simonem* adduxit, quem JESUS, simulac intuitus illum esset, utile in regno suo organon futurum, pro sua omniscientia cognovit, & novo *Petri* nomine illum insignivit; postridie autem, cum in *Galilaam* proficiscitur, eam gloria doctrinae & miraculorum, primum illustraturus, prout *Jesaias* praedixerat (IX. 1.) incidit in *Philippum* Bethsaida ortum, cumque sequi se jubet, quod is non tantum promte fecit, sed mox etiam alios adducere Magistro allaboravit; siquidem *Nathanaëli* amico, adventum Messiae scrutanti & expectanti, nunciavit, invenisse se Messiam, JESUM Nazarenum, eidemque ex vulgari opinione dubitanti, num ex Nazareth aliquid boni venire queat? persuasit, ut ipse JESUM adiret, videret atque audiret, ut veritatem rei experiretur; qui simulac venit, è Christi alloquio omniscientiae divinae indicia deprehendit, iisque in conscientia convictus, nihil amplius dubitavit, sed protinus eum DEI filium Regemque Israel confessus est: quam confessionem JESUS non tantum probavit, sed auctam iri quoque ejus fidem, praedixit, si majora post hac signa viderit, Joh. I. 38. usque ad fin.

II.

Primum
miraculum edit
Kana in
Galil.

Tale vero signum mox edidit JESUS, aquam in vinum miraculose mutans, in convivio nuptiali *Kana*, oppido Galilae. Quo ipso satis demonstravit gloriam suam, quam habuit non tantum ceu unigenitus à Patre, sed etiam qua Filius hominis ex unione personali accepit, nuncque ita declaravit aperte, ut discipuli ejus non parum in fide confirmati sint, quod revera Filius DEI & Redemptor mundi esset, Joh. II. 1. - 12.

III. Postea

III.

Postea discipulos hunc in modum vocatos & se sequentes *Caperna-*
 amplius instruere cupiens & aliis certum liberumque ad se adi- *mi domi-*
 tum aperturus, Capernaumi domicilium sibi matrique suæ con- *cilium*
 stituit, Joh. II. 12. non tamen multos adeo dies ibi privatis do- *constituit,*
 mesticorum institutionibus exegit, sed, quia officii ratio eum ad *inde Hie-*
 majora publica negotia vocabat, appropinquante Paschate *rosol. ten-*
 Hierosolymam ascendit, ut, secundum Oracula vatum, Tem- *dit ibiq,*
 plum in maxima hominum frequentia, præsentia & gloria sua *templum*
 impleret, ac illustraret, Hag. II. 8. Mal. III. 1. ff. doctrinam Ev- *purgavit.*
 angelii salutarem publicaret, eidemque miraculis fidem faceret.
 Protinus igitur Templum ingressus, variis superstitionibus, nun-
 dinationibus, cædibus, ac similibus sceleribus, maxime tunc
 profanatum, idque stupendo modo reformare aggressus est.
 Facto quippe ex funiculis per aream Templi dispersis flagello,
 venditores omnes boum & ovium fano eiecit, numulariorumq;
 & æs effudit, & mensas subvertit, ac gravissimè omnibus ex-
 probavit, quod de quæstu potius quam animarum salute solli-
 citi domum Patris sui cœlestis deturpassent. Nemo ex tanta
 Sacerdotum, Levitarum, & populi multitudine resistere aude-
 bat, & discipuli deinceps intelligebant, ex maximo zelo pro
 domo DEI profectum hoc opus esse, quem David dudum indi-
 caverit Ps. LXIX. 11. Judæi autem, qui colligere inde poterant,
 certe debebant, Messæ indicium officiumque esse, ut filios Levi-
 totumque cultum Leviticum repurgaret, imò finem brutis sacri-
 ficiis faceret, Mal. III. 1. ff. Jes. LIII. &c. inter se disceptabant ac
 dubitabant, ejus humilitate offensi, ac miraculo sibi probari vo-
 lebant, divina autoritate tale quid à JESU suscipi. His ille qui-
 dem signum dedit omnium maximum in Prophetarum scriptis
 luculentissime & frequentissime expressum, de Templi sui cor-
 poris per mortem destructione & instauratione; sed Judæi alio
 sensu perverse id acceperunt; hæsit tamen in multorum animis,
 &

Joh. II. 13. & intellectum recte fuit à discipulis, eventu complementoque
 ff. post resurrectionem Christi dictum probante, Joh. II. 13. -- 23.

IV.

Et multa
 miracula
 fecit.

Tametsi verò JESUS tum temporis miraculum facere noluit, quale ex incredulitate Judæi petebant; postea tamen plura fecit sua sponte in festo Paschatos, per quæ multi ad fidem ducti & convicti sunt, de divina ejus potentia, ac proinde Messiam esse crediderunt; ipse tamen seipsum iis confidentius non credebat, satis gnarus, pro sua omniscientia, quam infirma & inconstans illa fides esset; nec opus habuit, ut id exploraret longo temporis usu tractuve: quia cogitationes intimosque cordis humani recessus perspectos habebat, Joh. II. 23. 24. 25.

V.

Nicodemus
 viam
 salutis
 seiscitanti
 regenerationis
 necessitatem
 Et oeconomiam
 gratia exponit.

Inter istos, qui miraculis perciti bonam de JESU opinionem conceperunt, fuit etiam *Nicodemus*, Judæorum princeps, qui noctu JESUM compellans aperte palamque suo & Collegarum nomine testabatur, se non posse non ex dictis factisque ejus in Templo colligere, quod Doctor esset ac Propheta maximus, dudum promissus & cœlitus nunc missus. Petebat igitur se plenius erudiri de vera via in cœleste regnum perveniendi, quod appropinquare Judæi credant, Johannes Baptista novè prædicaverit, eoque nomine Baptismum hæcenus administraverit ad pœnitentiam & regenerationem, quâ tamen opus esse genti Judaicæ, haud videatur, cum ex Abrahamo ortum trahat, & Mosis adhæreat, Prophetæ magno. Cui JESUS serio regenerationis necessitatem inculcavit, tanquam unicam in cœlum viam, & mysterium non tantum non capienti, sed etiam ejus impossibilitatem ex carnali sensu evertere conanti, uberius exposuit illius rationem, quod ex aqua & spiritu desuper ac denuo quisque semel natus in mundum, regenerari & renasci cœlo debeat, ut alius, novus & spiritualis homo fiat, occulto prorsus & imper-

impervestigabili modo, qui effectibus se prodat manifestis, uti *Joh. III. 7.*
 ventus; nequaquam igitur dubitari interrogarique, quomodo *ss.*
 hac fieri queant, sed credi potius simpliciter debere sibi, suo,
 Patris & Spiritus sancti nomine testificanti de re certissima & ma-
 xime necessaria, licet sublimi & cœlesti, cum alia via in cœlum
 non pateat, quàm ea, quæ ipse sit, & quam aperiat, suo è cœlo
 descensu & ascensu in cœlum, prout hoc non tantum typo ser-
 pentis ænei dudum adumbratum fuerit; sed etiam Pater pro
 sua erga totum orbem & genus humanum per peccata perdi-
 tum, dilectione ab æterno decrevit per Filium salvare omnes,
 quotquot verè credituri sint in Salvatorem & vitæ æternæ re-
 cuperatores, quem eum in finem miserit in hunc mundum, ut
 mundus per ipsum salvetur, modo in eum credat & vera fide sa-
 tisfactionem pro peccatis ab eo præstitam accipiat; hoc unum
 enim serio & severe sub salutis jactura exigi, ita ut is, qui non
 crediderit, jam judicatus & iuste condemnatus sit, quia salutis
 viam dilucide monstratam negligat, tenebras ignorantiae & ma-
 litiae magis amet, quàm lucem illam veram: quod minime faciat,
 qui salutis viam quærat, sed præmonstrantem lucem cupide se-
 quat, in luce ambulet, opera lucis edat, eaque palam fieri cu-
 piat, quoniam in DEO Deique spiritu regenerante & renovante
 patrata sint, Joh. III. 1. -- 22.

VI.

Posthæc JESUS relicta urbe Hierosolymitana, | *Judeam, Hinc in*
 ac illam speciatim ejus partem, quæ sorti Judæ assignata fuit, *Judea do-*
 peragravit cum discipulis, ut & ibi quæreret oves perditas do- *cuit &*
 mus Israël, promissionesque Patribus iis in locis datas explicaret *per disci-*
 & impleri in se ostenderet, & jactis probe fundamentis de rege- *pulos ba-*
 neratione, per discipulos (Joh. IV. 1. 2.) lavacrum regeneratio- *pizavit.*
 nis administraret, hocque ipso conspirare se cum Johanne, tum *Joannes*
 in Ænon baptizante, omnibus testaretur. Hinc, quæstione *suos deum*
 oborta inter Baptistæ discipulos, utrum Christi an Johannis Ba- *remittit.*
 ptismus

Joh. III.
22.

ptismus dignior esset, Johannes discipulis in memoriam revocavit, sua de JESU data sæpius testimonia, quod is sit Messias, cui adherere, quemque audire omnes debeant, ac tantam inter se illumque differentiam esse, quanta inter sponsum & paranymphum intercedat. Minime igitur offendi se, sed lætari potius, quod undique omnes ad JESUM confluant ejusque Baptismi suscipiant: illum enim crescere meritò autoritate, se autem ministerio mox defunctum, minui oportere; quum ille & origine cœlesti & dignitate officii infinito modo præ se aliisque omnibus Doctoribus emineat, utpote secretorum omnium Patris conscius & interpres, qui à Patre eam ob rem missus Vates & Redemptor, unctus etiam qua homo Spiritu S. citra mensuram & immenso, donatus insuper universali potestate sit, ut conferat salutem & vitam æternam, quam omnibus acquireret, vere credentibus, & incredulos damnet, Joh. III. 22. -- 36.

VII.

Baptista
in carce-
rato, plu-
res nactus
discipu-
los, per
Sama-
riam ten-
dit & mu-
lierem ci-
vesque Si-
char con-
vertit.

Quod de se minuendo & Christo crescendo dixerat Johannes, mox eventus comprobavit, quando Herodes eum, libere incestum suum redarguentem, in carcerem conjecit, Matth. XIV. 3. 4. 5. Marc. VI. 17. -- 20. Luc. III. 19. 20. & Christus plures nactus est discipulos & baptizavit per discipulos, quam ipse, Joh. IV. 1. 2. eoque nomine relicta Judæa iterum in Galilæam abiit per *Samaritam*, ubi ad fontem Jacobi, prope civitatem *Sichar*, cum muliere aquam haustura de aqua vitæ ex se manante, loquitur, eamque ad veram poenitentiam & sui cognitionem salvificam adduxit, quando illi omnem vitam ante & tunc turpiter in adulterio actam objecit, sicque omniscientiam suam prodidit, & locum cultus à Patribus sanctis tritum, montem *Gerizim*, urgenti sceminae respondit, nequaquam in loco hærendum, sed objectum modumque adorationis, qui totus spiritalis sit, considerandum esse, præsertim in N. T. adventante Messia, quem se esse, aperte professus est. His commota mulier

lier credidit, & civibus suis sine mora latum de Messia nuncium attulit, eosque ad illum videndum & agnoscendum invitavit, qui magno numero protinus ad JESUM è civitate confluunt, & ubi eum audiunt, in eum credunt hospitioque excipiunt liberaliter, & ut apud se maneret, rogant, ac aperte palamque fidem suam testantur, & profitentur, ipsum verum esse Salvatorem mundi & promissum Messiam, Jes. 49, 6. Interea dum mulier renunciaverat civibus suis, quæ ex JESU audiverat, & ejus discipuli ex civitate cibos attulerant, Magistrumque defatigatum rogaverant, ut iis se recrearet, ille in salutem civium, quos adventuros præviderat, totus intentus, alium se habere cibum respondit, & discipulis de eo disceptantibus, quid velit, exponit, illosque monuit, ut ad messem spirituales faciendam se accingerent, cujus primitias in Samaritanis visuri sint, fructus uberes & successum felicem promittens. Joh. IV. 41. - 43.

Joh. IV.
41. ff.

VIII.

Post biduum JESUS è Samaria in Galileam abiit, non recto itinere ad mare Genesareth, sed occasum versus deflectens, & studiose patriam Nazaretham præteriens, propterea quod Propheta in patria parum æstimaretur, & alibi dociliores haberet auditores. Cui testimonio res ipsa fidem fecit; exceperunt enim illum Galilæi, quos visitaverat, & confirmare volebat ante Hierosolymis credere incipientes, (Joh. II. 23.) Quo nomine etiam Canam Galilææ, rediit, ut messem aliquam colligeret, & alibi quoque semen spargeret. Cujus negotii conficiendi opportunam occasionem dedit præfectus quidam regius, cum rogans ibidem, ut secum descenderet Capernaumum, & filium lethali morbo decumbentem sanaret. Redarguit quidem JESUS infirmitatem hujus palatini signis & prodigiis nitentis, potestatem vero cum petendo instaret, annuit, sed absens verbo puerum curavit, & patrem hac spe fretum domum redire jussit, qui dum parat, nihilque de veritate & efficacia dubitans abit, servi ipsi

In Galileam abiit, ens reguli filium sanavit.

Joh. IV.
43. ff.

ipsi obviam fiunt ac lætum nuncium de restituto subito filio referunt. Qua re vehementer confirmatus, cum omnia exacte Christi verbis responderent, ejus divinam potentiam agnovit & expositis omnibus, ut gesta erant, totam familiam ad credendum in Christum induxit, Joh. IV. 43. usque ad fin.

. IX.

In Synagoga docuit,
sed Nazarethæ ejus.

Quo ex miraculo magis magisque inclaruit JESUS, ut fama de eo per universam regionem finitimam dimanaverit, ac pro Messia vel insigni Propheta haberetur. Docuit enim in Synagogis passim publicè maxima cum efficacia, nec minore cum applausu, *Nazarethæ* quoque, die Sabbathi, porrecto à ministro volumine *Jesaiæ* vatis, locum insignem Cap. LXI. 1. 2. de se ipso exposuit & impleri dixit, quod omnes audientes videntesque Spiritum S. super se in Jordane descendantem, testari debeant & de quo ex virtute Spiritus, in concionibus & miraculis suis efficaciacertissimi esse queant. Nec poterant hoc diffiteri auditores, quin omnes testimonium ipsi vel inviti perhibebant, quædrare in eum optime, ex *Esaiæ* prælecta & exposita, admirabanturque & sentiebant verba gratiæ & efficaciac plena; sed humilicjus educatione in domo *Josephi* fabri & conditione offende- bantur, quo minus ei prorsus assentirentur. Quapropter alia spirabant expectabantque miracula plura & majora à cive suo, quàm alibi prodidisset; quæ cum in illorum gratiam facere nollet JESUS, eum suggillabant, quasi vel non haberet ubique copiam Spiritus, quo se unctum dixisset, vel suis invideret. Opposuit autem illis talia de se cogitantibus & mussitantibus tritum illud verbum: nullus propheta in patria sua acceptus est, ejusque veritatem experiri in se quoque æque ac veteres vates experti sint, apud cives suos aperte testatus est. Atque ut intelligerent Nazarethani, indignos se esse, quibus miracula fiant, *Elie* & *Elise* exemplis ostendit, istos Prophetas exteris potius quàm Israëlitis talia patrasse, quum horum nulli ea fide præditi essent, quæ

CAPERNATIVMVM CONCESSIT; APOSTOLOS LEGIT. 29

quâ decebat. Hanc exprobrationem indigne tulerunt, ac indignatione furoreque repleti protinus magno cum tumultu surgunt, ejecturi & è rupe præcipitaturi JESUM; sed is per medios hostes salvus & incolumis transiit, & hoc ipso satis magnum miraculum edidit ingratis civibus. Luc. IV. 14. -- 30. Luc. 17. 14. seqq.

X.

Relicta igitur JESUS ingrata patria habitatum concessit *Capernaum*, nobile emporium, multis frequentatum Judæis & Gentilibus, ut inde Evangelium commode propagari ad plures gentes potuerit, & sub imagine quasi minitante ostenderetur, fore, ut Judæis Evangelium respuentibus, illud ad gentes deferretur, quod ab Esaia IX. 1. luculenter prædictum fuerat, & tum impleri ceperat. Siquidem exorta lux salutaris est omni isti populo ad oram maris, ultra Jordanem & in Galilæa gentium, cum JESUS istas regiones adiret publiceque doceret, impletum esse illud tempus, quo vates venturum Messiam nunciare, & appropinquasse regnum cælorum, quod erecturum se DEUS per Messiam pollicitus sit, ad illud autem non sine vera pœnitentia & fide aditum patero Luc. IV. 31. Matth. IV. 13. -- 17. Marc. I. 14. 15. 21. *Capernaum concessit & ibi docuit.*

XI.

Promulgati Evangelii in Galilæa & dictorum factorumque omnium testes JESUS mox adscivit, e tribu Zebulonis & Naphtali, initiumque à fratribus germanis fecit, *Simone Petro* & *Andrea*, quos jam ante ad se accedentes (Joh. I. 37. ff.) sed postea ad negotia sua redeuntes, sequi se denuo constanter voluit, Quod ubi pristino vitæ genere, ut pro piscibus homines caperent. Quod ubi promte parateque fecerunt, mox aliam fratrum bigam, Jacobum majorem & Johannem vocavit, & æque habuit obsequentes ac priores. Matth. IV. 18. -- 23. Marc. I. 16. -- 21. *Apostolos legit.*

XII.

His testibus comitibusque instructus & auctus *Capernaum* rediit

28 CAP. IV. DÆMONIACVM, SOCRVM PETRI ALIOSq; SANAT.

*Marc. l.
12. seqq.
naumum
rediens in
Synag. do-
cet & ob-
sessum li-
berat.*

rediit, ac privatim haud tantum sed etiam publicè in Synagoga docuit efficacissimè, ita ut audientes attoniti & perculsi fuerint, sentientes orationis vim divinam ac longe diversam ab inani Scribarum loquacitate. Verbis etiam pondus addidit miraculis stupendis, quale etiam ibidem mox edidit, dum ex obfesso spiritum impurum ejecit, qui magna voce exclamavit, se probe nosse, quis esset, nimirum Sanctus ille DEI, destructorque regni Satanæ, & ut missum se faceret, petiit. Verùm Salvator male adulanti dæmoni silentium perpetuum indixit, eumque si ne mora exire jussit. Cui mandato cacodæmon obtemperare coactus, obfessum quidem convulsit elevatumque in terram projecit, quasi discerpere eum vellet, illasum tamen relinquere & deferere debuit. Hujusmodi dictis & factis auditores permoti, divinam virtutem potentiamque JESU agnoverunt, doctrinamque Evangelii ab eo prædicatam acceperunt, nil pensi moderate habentes, quod alii sub novitatis titulo eam vulgo traducerent, & passim deprædicarunt; ita ut propter loci opportunitatem fama subito in circumjacentes Galilææ regiones & finitima loca dimanaverit. Marc. I. 21. - 29. Luc. IV. 31. - 38.

XIII.

*Socrum
Petri ali-
isque a-
grotos sa-
nat.*

Egressus è Synagoga JESUS ac a Simone invitatus, ejus casam piscatoriam subire non dedignatus est, non tam cibi capiendi quam miraculi faciendi causa; siquidem socrum Petri gravissime febricitantem apprehensa manu in lecto decumbentem erexit, ac febrem, ut missam faceret vetulam, increpavit; omnipotenti huic imperio obtemperavit morbus illico, laborantemq; ita deferuit, ut subito receptis viribus, ex eadem omnipotenti Christi virtute, surrexerit & hospitibus ministra verit. Quod miraculum ubi per universam civitatem increbuit, allati ad Salvatore sunt occidente Sole variis morbis vexati & à dæmonibus obfessi bene multi, quos omnes ac singulos sanavit, imposita unicuique manu, ut & φιλανθρωπία & carnis suæ salvificam poten-
tiam

tiam demonstraret, sicque impleteret etiam ex parte & à poste-
riori, quod Esaias Cap. LIII. 4. ubi clarissime de Messia officio
& beneficiis vaticinatus est, dixit: *ipse infirmitates nostras sus-*
cepit & morbos portavit. Impuros etiam spiritus, qui homines
invaserant, omnipotenti verbo ejecit, clamantes, eum Filium
DEI & promissum Messiam esse. Eorum tamen testimonium
accipere noluit, ne suspecta magis quam aperta veritas per men-
daces spiritus redderetur, ideoque illos loqui non sivit. Matth.
VIII. 14. -- 18. Marc. I. 29. -- 35. Luc. IV. 38. -- 42.

Mat. VIII
14. ff.

XIV.

Sequenti die summo mane in locum quendam solitarium
secessit, ut precibus sine impedimento vacaret, cum gratias Pa-
tri agendo pro felici ministerii inchoati jam successu, tum eun-
dem rogando, ut deinceps quoque prosperare munus velit.
Quod ubi discipuli ac turba animadverterunt, eum quæsi-
verunt, tandemque in deserto invenerunt & detinere secum per-
petuo cupiverunt. Sed iis respondit, sibi etiam alibi Evange-
lium prædicandum regnumque DEI amplificandum esse, &
mox inde digressus obivit totam Galilæam, docendo in Syna-
gogis, ægrotos sanando & dæmonia ejiciendo. Quibus rebus
longe lateque inclaruit; adeo ut exteræ quoque gentes male af-
& prompte sanat, ingentes turmæ hominum à Galilæa, Decapoli,
Hierosolymis, Judæa & ora trans-Jordanina eum secutæ sunt,
Matth. IV. 23. -- 26. Marc. I. 35. -- 40. Luc. IV. 42. -- 45.

Idem per
totam Ga-
lilæam fa-
cit.

XV.

Peragrata sic Galilæa rediit domum, quod simulac rescivit
populus, ad eum in ædibus & agris undique confluit, discipu-
lis interea subinde ad pristinum vitæ genus opificiumque digres-
sis. Accidit igitur, ut cum die quodam Dominus sive orandi
sive docendi causa ad vicinum lacum se contulisset, ingens cœ-
tus

Inde re-
diens è
navi do-
cuit, ma-
raculo-
sam pesca-
tus

Luc. V. 1.
ff.
turam
largitur
Petro so-
ciisque.

tus ei immineret atque incumberet, ut ex navi conscensa, quæ Simonis erat, pro more doceret. Finita autem concione miraculum edidit omnibus stupendum, quando Simonem in altum provehere iussit, ad amplam piscium capturam faciendam. Id dum obsequiose exsequitur, tantam piscium multitudinem capit, ut duæ naves replerentur & onere pressæ profundius siderent, & prope submergerentur. Hinc agnita virtute divina Salvatoris Petrus ad ejus genua protinus accidit, suam professus indignitatem, attonitus cum aliis discipulis factus & confirmatus in officio piscandi homines & DEO adducendi, secutus Magistrum est cum sociis Luc. V. 1. -- 12.

XVI.

leprosum
sanat.

Deinde iterum Galilæam peragravit, & cum in quodam illius oppido esset, adiit ipsum leprosus aliquis, plena fiducia rogans, ut se ab immedicabili morbo vel verbo, quod facile posset, si vellet, purgaret & liberaret. Id JESUS intima tactus misericordia fecit, extensa manu leprosum tangens, tanquam Dominus legis, & voluntatem facto testatus subito mundavit impurum penitus. Ne tamen hoc divulgaret, gravissime interminatus est sanatum, eique injunxit, ut seipsum Sacerdoti sisteret, & pro purgatione sacrificium offerret. (Lev. XIV.) Sed magis etiam homo divulgavit miraculum, ut turbæ multæ undique confluerint, ægrotos sanandos ei obtulerint, ac salutarem Evangelii doctrinam audierint: nec poterat in villis & desertis locis latere. Tandem autem multis laboribus fatigatus in solitudinem se subduxit, ibidemque in precibus totus fuit. Mare. I. 40. -- 46. Luc. V. 12. -- 17.

XVII.

Es paraly-
ticum.

Post aliquot dies domum rediit clam; sed cum nec hic latere & quiete frui posset, sparso reditus rumore, protinus magna vis hominum ad eum confluit, quam ille sermone coelesti pro more, recreavit & emendavit, nil moratus Phariseos & Scribas,

Marc. II.

1. ff.

Luc. V.

27. ff.

Scribas, dicta pariter & facta ejus studiose observantes. Tum etiam paralyticum per tegulas domus, ob turbas ambientes, ad se demissum, perspecta ejus pariter & bajulorum fide in corde latente, illum animā prius, peccata remittendo, ac deinde etiam, post blasphemiam à Phariseis & Scribis tacite impactam, quasi temerè Salvator divinam sibi auctoritatem hic sibi sumeret, publice notatam & confutatam, omnipotenti verbo, corpore sanat subito, atque ita declarat, divina se pollere auctoritate & potestate, optimumque animæ ac corporis medicum. Quod miraculum auditores & spectatores in tantum stuporem conjecit, ut extra se rapti viderentur, & Christum omni laudis & gloriæ genere decorarent. Marc. II. 1. -- 13. Luc. V. 17. -- 27.

XVIII.

His rebus fiebat, ut populus ei adhæreret, & sive domi a gentem sive foras prodeuntem audiret atque observaret. Ita posthæc domo ad lacum egressam insecutus est ingens cœtus, quem fideliter, ut solebat, instituit de salutis consequendæ ratione. Finita concione ad ripam latius progressus, Matthæum, ad telonium sedentem, vocavit discipulum, qui omnibus reliquis è vestigio eum secutus, & cum grata animi tum alios lucrificandi causa, convivium parat benefactori, & multos publicanos peccatoresque famosos una ad illud invitat, similiter poë ac discipulis mussitantes exprobrarent, hoc jure merito & officii ratione ab se fieri ostendit, cum ægrotos sanare & peccatores ad penitentiam vocare debeat. Sic discedere non sine pudore jam dati, discipulis, denuo JESUM adoriuntur, objicientes, ac Johannes inculcaverit. Ubi primum Johannis discipulis placide respondit, iisque Magistri de se testimonium in memoriam revocavit, Joh. III. 29. ac venturum adhuc tempus prædi-

Matthæum

um vocat;

et contra

Pharis.

se defen-

dit.

xib,